

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Honores In Theologia Svmmos Viro Svmme Reverendo Et
Doctissimo Ioanni Frider. Christoph. Graeffe Philos. Doctori
Et Art. Liberal. Magist. Ecclesiae ...**

Pott, David Julius

Helmstadii, [1796?]

VD18 13280759

§. VI. Philosophema illud redit ad capita haec: I. Mundi, et praecipue hominis
conditio primaeva, ex omni parte perfecta et beata fuit, sive sata est aurea
aetas. Gen. II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-203155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-203155)

tantum, carmine hoc philosophico, meliora edocere voluisse, statuere malueris. Ceterum hanc malorum imaginem, tum ex regionis orientalis, in qua vixit auctor noster, natura et indole, expressam esse, vel nobis non monentibus, quisque videt.

§. VI.

Philosophema illud redit ad capita haec:

I. Mundi, et praecipue hominis conditio primaeva, ex omni parte perfecta et beata fuit,
sive

sata est aurea aetas. Gen. II.

Quorum autem malorum culpam ut a Deo deuolueret antiquitatis philosophus, ante omnia necesse erat, ut primaevam hominis, serpentis ac telluris conditionem omni ista malorum labe caruisse ostenderet, seu, quod idem sibi vult, aetatem auream describeret.

Quae quidem seculi aurei descriptio, qua praemittenda, problemati, de mali origine, explicando egregie prospexit, mihi quidem contineri videtur Gen. II, 4. fin., ²³⁾ cuius

²³⁾ Ad inscriptionem vero, quam hoc documentum v. 4. in fronte gerit, cum seculi aurei, in argenteum transmutati, descriptione conciliandam, neque eos sequor, qui totum hoc comma tanquam perorationem, veterum narrationibus annecti solitam, ad cap. I. rejiciendum statuunt; nam cum Deus cap. I-II, 3. semper אלהים, cap. II, 4. — III. fin. vero plerumque

B

יהוה

oeconomiam disposuerim fere sic: Vti Hesiodus, Ovidius, alii, in orbe aureo depingendo,

יהוה אלהים vocetur, ipsum illud nomen summi numinis etiam comina hoc, quo Deus eodem nomine venit, sequentibus vindicat: neque eos, qui, facta commatis 4. diuisione, verba **אלה תולדות השמים והארץ בהבראם** perorationis loco (*desinit narratio de coeli, terraeque creatione*), ad documentum praecedens referri, reliqua vero **ביום עשות יהוה** **ביום עשות יהוה אלהים ארץ ושמים** cum ipso argumento carminis sequentis (quod iam nunc non minus ac cap. I. omni inscriptione careret) arcte iungi volunt sic: *cum Deus coelum terramque creasset* (v. 4.) *nulla adhuc in terris planta exorta est* etc.

(v. 5.) Qua quidem huiusce cominatis partitione admissa, omnis, quae in verbis **תולדות השמים והארץ** latere videtur difficultas, prorsus euanesceret, siquidem iam nunc ad creationem vniuersi cap. I. expositam spectarent; sed voc. **אלה**, quoties hoc nexu deprehenditur, non tam ad ea, quae praecedunt, quam ad ea, quae sequuntur, referri solet. Equidem potius *vel*, totum comma 4. ad cap. II. referens, verbis illis **אלה בהבראם** pro titulo documenti cap. II et III. habitis, reliqua ad v. 5. (qui tamen, ne iusto plura hic hemistichia accumulentur, tum inde a verbis **כי לא** in duos versus dispertiendus esset) sensu supra prolato referri, *vel*, quo parallelismo commatis 4. adhuc magis consulitur (quanquam veteres, in titulis, carminibus praemittendis, parallelismum non admodum curasse videntur), totum comma pro inscriptione documenti sequentis

do, ad ipsa mundi primordia, rerum omnium
primitiua nouitate et integritate adhuc prae-
dita,

quentis haberi velim, ita vt verba, כיום etc.
pro veteris sermonis amfractu et circuitione,
ad voc. כהבואם magis explicandum spectent.
Iam vero, vbi haec inscriptio ab ipso huius
documenti auctore profecta fuerit, verba
תולדות השמים והארץ non tam per creatio-
nem, quam potius per *historiam* (quasi *iuen-
tutis*) *uniuersi* reddiderim, quae quidem signi-
ficatio non minus cum etymo huiusce verbi,
quam cum vsu loquendi hebraico (Gen. 37, 2.)
et syriaco (ܟܠܝܢ) bene congruit. Verterim
igitur: *historia uniuersi modo creati h. e. a
Deo creati*. Summa vero huius inscriptionis
ad voc. תולדות, non item ad כהבואם et עשות
rouocanda videtur. Tollendae vero eius dif-
ficultatis causa, quod non tam de coelo, quam
de terra potissimum a Deo vltius efformata
in documento nostro sermo sit, cum ad v. 5. 6.
prouocauerim, vbi auctor, iniecta pluuiæ, coe-
litus delapsæ, mentione, omnino et coeli vlti-
riorem efformationem, transeundo saltem te-
tigit, tum formulam istam השמים והארץ, in
eiusmodi carminibus, rerum omnium primor-
dia celebrantibus solennem, et ibi quoque ad-
hibitam fuisse arbitrer, vbi de terra potissimum,
ad quam ex veterum sententia, et coelum, tan-
quam terræ tegumentum, stellarum ornatu
distinctum, pertinebat, sermo est. Sic igitur
poëta philosophema suum sub historiae mundi
antiquissimi titulo annuntiare videretur. — Vt
vero dicam, quid sentiam, tota haec inscriptio,
B 2 quae,

dita, ascenderunt; sic et noster, seculi aurei
descriptionem primae rudis massae, ex qua
dein-

quae, quoniam tandem modo documentum no-
strum interpretatus fueris, difficultatibus la-
borat vix prorsus extricabilibus, mihi quidem
a manu, licet antiqua, aliena tamen, et for-
tasse a manu eius, qui antiquitus haec carmi-
na congessit, (quaeque ab alio iam dudum con-
gesta, Moſen in commentarios suos transtulif-
ſe crediderim) addita eſſe videtur. Iam ubi
ſola verba illa **אלה תולדות השמים והארץ**
בהכרם pro titulo haberi volueris, reliquis
ad v. 5. ablegatis, titulus ille ex ipsis verbis
istis, quae statim ſequuntur **יום עשות יהוה**
אלהים ארץ ושמים (quae, vt Gen. I, 1., ſic et
h. l. de rudi massa, ex qua deinceps coelum
et terra prodierunt, intelligenda, et narratio-
nis tantum inchoandae et ab vniuerſi primor-
diis repetendae gratia, commemorantur), ma-
la de vniuerſi creatione intellectis, et ad ſum-
mam totius argumenti huiusce carminis rela-
tis, ſeu potius detortis, oriri potuit. Quodſi
vero totum comma quartum pro titulo habe-
ri malueris, initium documenti noſtri v. 5. 6.
ubi terra vltius efformata, et herbis ac ar-
boribus exornata, *coelum* vero pluuiam de-
miſiſſe fertur, huic inſcriptioni anſam prae-
buiſſe arbitrer.

Ceterum in mentem venit, quod tranſeun-
do tetigiffe ſuffecerit, annon pro **בהכרם**,
quod, facta tituli cum argumento capitis II. et
V praecipue cap. III. comparatione, ſenſum inſcri-
ptionis admodum turbat, legi poſſit **בהכרם**,
(deſcen-

deinceps coelum et terra produisse finguntur,
creationi annectit v. 4.

1) *Orditur* itaque a commemoranda rudi
terrae forma, quippe quam herbis destitutam
fuisse dicit, *tum* quia nondum pluerit, *tum*
quia homo nondum adfuerit, ad humum co-
lendam. v. 4. 5.

2) Iam *transit* ad seculi aurei *primordia*
inde repetenda, quod utraque causa illa,
quae,

(descendens a כרה, seu proprie כרה ex arab.
כרה modum excessit), quod sensum funderet
hunc: *historia uniuersi, ex quo modum a Deo*
praescriptum, seu limites a Deo constitutos
excessit. Facilis iam per se est literae כ עם כ
permutatio, et ipsa exinde fortasse oriunda,
quod lectio כהכרה, male intellecta, sensum
contumeliosum in summum numen, fundere
videbatur, quasi immutati et peruersi rerum
ordinis Deus ipse auctor habendus sit. Ad-
missa hac lectione iam nunc titulus magis ad
totius documenti ambitum, habita etiam capi-
tis III. ratione, spectaret. Sed loco כהכרה
auctorem solennius illud כהרעם, quod tamen
a vulgari lectione nimium differt, adhibiturum
fuisse, crediderim. Forte etiam lectio כהכרה
(a כרה segregauit), pro כהכרה surrogata,
aliquam saltem loco medelam adferret, ex qua
sensus prodiret hic: *historia coeli ac terrae,*
ex quo (e rudi massa) inuicem segregata sunt.
Sed utraque coniectura, cum omni codicum
auctoritate destituta sit, vereor ne ob id ipsum
iusto audacior videatur.

quae indigestae moli excolendae impedimento fuerit, mox cessauerit, siquidem *tum* vapores, e terra excitati, vniuersum eius solum irrigauerint, v. 6. *tum* homo a Deo ex massa terrena creatus, ²⁴) in terrae domicilium,

²⁴) E materia terrestri hominem primaeuum formatum esse, fictio est, in quam auctor inde incidisse videtur, quod nostram carnis et ossium compagem, postquam spiritum efflauimus, in massam terrenam redigi, saepius obseruauit. vid. III, 19. coll. Eccl. XII, 9. 1 Cor. XV, 47. Hunc ipsum vero spiritum a Deo in nares homines primaeui spiratum esse, auctor fingit, quia exinde, quod vis vitalis sese praecipue spiritu per nares ducendo exserit, vim istam etiam aura, per ipsas nares inflata, homini inditam esse colligit. Verba autem illa נשמת חיים (seu רוח חיים Gen. VII, 22.) et נפש חיה pro synonymis habenda, minime vero ita premissa videntur, vt illud ad נפש חיה, seu *animam*, qualis obtigit cunctis animalibus, hoc vero ad רוח חיה seu *animum*, qui proprius sit hominibus ac daemonibus, restringendum sit; in quem sensum Ios. ant. l. I. c. 2. et Veruetus select. opusc. p. 78. hunc locum detorserunt. Nexus potius sensus popularitatem requirit hanc; *Deus hominem, e terrae puluere formatum, spiritu vitali* (נשמת חיים) *animauit, quo facto euasit creatura viuens* (נפש חיה). Quodsi vero discrimen illud inter vocabula ista hic statui posset, magis adhuc ad locum nostrum pertineret, egregium illud Iuven. Sat. XV. v. 143. seqq.

Mundi

lium; ipsi, velut aduenienti hero praeparatum et ornatum, intrauerit v. 7. coll. v. 15. ²⁵)

3) His ita praemissis sequitur ipsa *seculi aurei descriptio*, ²⁶) in qua exornanda auctor *no-*
ster

Mundi

Principio indulgit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoque.

Ceterum statuæ hominis primæui sic *animatae* vix mentionem adeo accuratam inieciisset auctor, nisi in iis, quæ proxime praecedunt, de solis rebus *inanimatis* sermo fuisset, quibus iam nunc homo, tanquam primum *animatum* et *animans* opponitur.

²⁵) Cf. *Ouid. met. l. I. v. 76. fqq.*

Sanctius his animal, mentisque capaxis
altae,
Deerat adhuc, et quod dominari in caetera
posset;

Natus homo est.

Magis adhuc illa hominis primæui dignitas, quod omnium postremus conditus fuerit, in documento praecedente *Gen. I.* conspicua est, quippe ubi creatio hominis diei sexto asseruatur.

²⁶) Celebratissima de tempore aureo fabula est, quam tantum non per minutissimas rerum *περὶ αἰῶνος* Graecis, Latinisque similem habent Hebraei, ita ut vix dubitari possit, quin ex communi eam fonte hauserint. Cf. praecipue cum documento nostro *Ies. II. XI. LXV. LXVI. Hesiod. εἴς. α. Virg. Eccl. IV. et Ouid. met. l. I.*

ster eundem sententiarum ordinem, hucusque (sub num. 1 et 2.) seruatum, apprime sequitur. Nimirum

a) *illud*, terram, pluuiâ delapsa omnis generis herbarum ornamento instructam esse, auctor noster v. 8-17. explicat sic, ut ad auream aetatem inde refulgeat splendor fere hic: Deum regione quadam, quam et ipsam tanquam secessum diuinum elegerat,²⁷⁾ arborum, tam diuinis quam humanos fructus nullo cultu ferentium, abundantia,²⁸⁾ fluuiorumque, qui ad regionis amoenitatem

²⁷⁾ Cf. Gen. III, 8. ubi Iehouah in secessu isto hortensi, circa tempus refrigerii vespertini *ambulasse* dicitur. Erat enim et hoc inter aurei seculi bona, ut Dii praesentes inuiserent homines, iisque praesto adessent. cf. ex tanta locorum huc spectantium farragine *Virg.* l. c. v. 15. *Ouid.* Fast. I. v. 251.

²⁸⁾ Cf. *Hesiod.* l. c. v. 112. 113.
Ὡς τε θεοὶ δ' ἐζών, ἀκηδεᾶ θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἀτεργέ τε πόνων etc.
v. 116-19.

ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἐνὶ καρπὸν δ' ἐφέρει ζειδωρὸς ἀργεῖα
αὐτομάτῃ πολλὸν τε καὶ ἀφθονὸν οἱ δ' ἐθέ-
λημοι
Ἥσυχαι ἐργὰ νεμόντο, σὺν ἐσθλοῖσιν πόλε-
εςσιν.

Virg. l. c. v. 18-20. et praecipue v. 28. 29.
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus vna.

nec

nitatem augendam necessario requiruntur, crebris flexibus (v. 4.) hanc regionem permeantium ²⁹⁾ ornatu, condecorata, v. 8-14. hominem modo creatum, veluti hortulanum, (seu colonum partiarium) facta quasi certa fructuum, quorum partem Dii sibi reserua-uerint, partem hominibus concefferint, pactione,

nec non v. 39-41.

Omnis feret omnia tellus.

*Non rastros patietur humus, non vinea
falcem.*

*Robustus quoque iam tauris iuga soluet
arator.*

Ouid. l. l. v. 101. 2.

*Ipsa quoque immunis rastroke intacta, nec
vllis*

*Saucia vomeribus, per se dabat omnia
tellus.*

v. 107-10.

*Ver erat aeternum, placidique tepentibus
auris*

Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Nec renouatus ager gravidis canebat aristis.

²⁹⁾ Flumina in antiquitatis historia omnia fabulosi quid habent. *Ouid. l. c. v. 111.* aetatis aureae imagini adeo lactis et nectaris flumina appingit. Similiter *Ioël III, 23.* Cf. de his fluminibus, quibus prima hominum sedes determinatur, *Herder vom Geiste der hebr. Poesie P. I. pag. 153.* et *Paulus neues Repert. P. II. pag. 217.*

ctione, in praedii huiusce diuini fertilitate et amoenitate ea lege collocasse, vt pro hac fructuum humanorum mercede agrum, per se feracem et bene praeparatum modico labore coleret, cultumque a vastatione et ferarum irruptione defenderet v. 15. ³⁰) praetereaue hominem, quo magis felicitati eius prospiceret, dehortatum esse, ne cibis diuinis vesceretur v. 16. 17. Hac igitur vita homini primitiuo placide fluxisse dies, ab inertiae taedio, nimiorumque laborum molestia remotos, ita vt ipsi occini potuisset illud veteris poëtae: ³¹)

O fortunatos nimium, sua si bona norint,

Agricolae! quibus ipsa, procul discor-
dibus armis,

Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

b) *Hoc* vero, hominem a Deo creatum esse, seculi aurei describendi ratione habita, v. 18-25. copiosius exponitur sic: Deum, vt felicitati hominis, a se creati, complementum adhuc accederet, et mulierem, ab Adamo desideratam, creasse. Quo magis vero huiusce desiderii, quo homo mulierem, vitae sociam exoptabat, et felicitatis, ex mulieris con-

³⁰) Cf. Cic. de senect. XX. *Crede Deos immortales sparsisse animas in corpora humana, vt essent, qui terras tuerentur.*

³¹) Virg. georg. l. II. v. 458. sqq.

confortio ad hominem redundantis, notio exprimeretur; auctor noster, mulieris fabricationem effinxit hanc: Adamum, cum Deus quondam animalia, quae et ipsa e massa terrena creauisset, ³²⁾ eo consilio coram homine adduxisset, ut nomina illis imponeret, i. e. cum familiariter cum animalibus, et ipsis inter se haud discordibus, viueret, ³³⁾ et sic sonos,

³²⁾ Vbi capiti II. historiam *creationis* vniuersi inesse putaueris, omnino inserta commatis 19. parte priori, ordo rerum enarratarum aliquo modo turbatus esse, et ὕστερον πρότερον, quod vocant, hic locum habere videtur. (vid. Eichhorns Urgesch. P. II. Vol. II. p. 34.) Quodsi vero hoc capite seculi aurei descriptionem exhiberi statueris, omnia satis apte cohaerent. Siquidem iam nunc summa totius argumenti huiusce commatis ad verba posteriora: *Deum animalia ad hominem adduxisse*, etc. reuocanda est, reliqua vero: *animalia ista a Deo e massa terrestri creata esse*, pro additamento habenda sunt, transeundo tantum, et, si quid sentio, eo consilio adperso, ne comparatione huiusce narrationis partis cum reliquae narrationis contextu facta, quid deesse videretur. Vti enim auctor, ubi in praecedentibus plantarum et hominis mentionem fecerat, vtriusque creationem quoque statim addiderat, quo magis omnia a primordiis repeteret; sic et h. l. ubi prima vice de animalibus sermo est, et horum creationem paucis commemorat.

³³⁾ Similiter Iesaias XI, 6. 9. LXV, 25. fingit: virus serpentibus, feritatem beluis dentum iri,

ut

sonos, quos edebant, obseruans, loquelae
vsum sibi compararet, ³⁴⁾ animalia mascula
femineis iuncta esse, non sine desiderio so-
ciae, et suae naturae congruae, animadu-
tisse. Cui desiderio, vt satisfaceret, Deum,
immisso homini graui sopore, (ne partus arti-
ficiosi dolores sentiret), vnam e costis ³⁵⁾ eius
sum-

vt pardi et hoedi in eodem loco recubent, adul-
tusque leo gregalis sit vituli, lupus agni, paruo
puero pastore, cumque omnia animalia ira-
cundiora et saeuiora esse soleant, quando foe-
tus defendendos natura illis credidit, bos ta-
men et vrsa eodem in loco foetus deponant;
carniuorum leonem, palea, qua boues tri-
turantes vesci solent, contentum fore, ser-
pentes puluere, quem lambere videntur, nec
viui quidquam attingere ausuros, puerum cum
aspide lusurum, paruulamque manum bafi-
liscos versus porrecturum. Cf. *Virg.* l. c. v. 22.

Nec magnos metuent armenta leones.

³⁴⁾ Huc quoque spectat illud *Hor.* Sat. I. 3.

*Cum prorepserunt primis animalia terris,
Matum et turpe pecus*

*Donec verba, quibus voces, sensusque no-
tarent,*

Nominaque inuenere.)

Cf. HERDER *Abhandlung über den Ursprung der
Sprache.* Berlin 1772. S. 78.

³⁵⁾ Bene ipsam costam Deus fuisse fingitur,
cum costis abundet corpus humanum, ita vt,
vel vna demta, non protinus mancum et mu-
tilatum euadat.

sumfisse, suntamque in mulierem efformasse.³⁶⁾ Quam cum Deus ad hominem adduxerit, i. e. cum eam inter reliqua animalia quondam deprehenderit Adamus, hic exclamasse narratur: tandem aliquando (postquam diu inter animalia oberrans frustra naturae meae sociam quaesivi) hoc est os ex ossibus meis, et caro e carne mea, i. e. animal naturae meae congruum, quare *vira* vocetur, cum e *viro* quasi genitum sit.³⁷⁾ Ex his omnibus, pro more veterum poetarum, cantibus suis observationes ad vitium dissuadendum, virtutemque commendandam immiscendi, vetus auctor paraenesin de insolubili mariti cum vxore coniunctione sancte seruanda, elicere haud omittit.³⁸⁾ Ad vitae conditionem vero depingendam, qua homines primaeui inuicem iuncti fruebantr, auctor

³⁶⁾ In hac Euae creandae ratione ab auctore nostro effecta, sola similitudinis, et arctae mariti cum vxore coniunctionis notio tenenda est. cf. v. 24. — Similis est *Minervae* creatio, quippe quae obstetricia eademque ferrea Vulcani ope, ex Iouis capite, non vt puella nuda et tenella, sed vt armata virago profiliit. *Ouid. Fast.* 3.

³⁷⁾ Cum Adamus antea reliquis animalibus nomina imposuerat, huic feminae quoque nomen dedit, et quidem, cum eam quoad formam externam adeo similem sibi deprehenderet, nomen suo haud ablimile.

³⁸⁾ Cf. *Gableri* introduct. pag. 151. not. 56.